Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ante promissum est. & erit sem tuum sicut stellae caeli.
& sicut harenae maris. ut prius fuerit pronuntiatum. Quid ergo hunc amplius quod secundo
dicitur ex caelo. quid novi adhibetur repromissionibus additur. quid plus praemii dat in eo qd
dicit propter quod fecisti verbum hoc. id est propter quod filium obtulisti. propter qd non pepercisti filio
tuo. nihil addatum video. Eadem repetuntur
quae prius fuerant repromissa. Ergo superfluum videbitur
eadem saepius retractare. immo necessarium. In
sacramentis enim fiunt cuncta quae fiunt. abra
ham sitientem secdm carnem vixisse. & unius
populi quem secdm carnem genuit pater fuisse.
unde sufficeret repromissio. Hunc vero ut ostendere
eum primo patre futurum eorum qui secdm cer
nem circumcisi. Circumcisionis suae tempore
datur ei repromissio quae ad populum circumcisionis
pertinere debere. secundo quia pater eorum futurus.
& ita eorum qui ex fide. & qui per passionem xpi
veniunt ad hereditatem. Tempore nil ominus passionis
isaac promissio renovatur. quae pertinere debeat ad
eum populum. qui passione xpi ac resurrectione sal
vatur. & ea quidem repetita videntur. sed longe
diversae sunt. Illa enim quae prius dicta sunt.